q̃diu perueniāt ad vltimū quē ſi trāſcenderet nō eſſet
in eadem ſpecie verbi gracia Croceū hadet gradus et
fit magis croceum q̃diu veniat et fiat rubeū Et licet
rubedo ſit alia ſpecies q̃ crocitas ſunt tamen eiuſdē̄
generis Conueniunt em̄ in hoc q̄ eſt participare lucē
incorporatam Et de rubedine venit̄ ad magis vſq̄
ad vltiuū gradum nigri qui in eodem genere tranſcē-
di non poteſt Si eciā crocietas remittit̄ fit pallidicas
et poſtea albedo et ille forme iſtoꝝ duorum graduum
ſcꝫ albedo et nigredo ſunt ꝯtrarie Nota q̄ multi mo-
derni tenent q̄ duo gradꝰ faciūt vnā ꝯtrarietatē ſicut
albedo et rubedo album et magis album et apud ip-
ſos duplex eſt ꝯtrarietas ſcꝫ ꝯpleta et inꝯpleta Prima
eſt inter extrema maxime diſtancia ſcꝫ inter albedinē
ſummam et nigredinem ſummā Secūda eſt inter gra
dus medios quia duo gradus diſtincti numero non
ꝯpaciunt̄ ſe adinuicē et denominatiue in eadē parte
ſubiecti ſicut gradus vt duo et gradꝰ vt tria et ſic de
alijs Unde talis latitudo ſcꝫ perfectiꝰ et imperfectiꝰ ꝑ
ticipari a ſubiecto ſequit̄ formas aut racōe forme aut
racōe ſubiecti Racione forme vt patet in colorībꝰ Nā
lux incorporata magis vel minus participata cauſat
ſpecies ꝯtrarias Nam ſpecies que perfectiꝰ participat
de tali luce puta albedo eſt ꝯtraria ſpeciei que imper-
fectius talem lucem participat puta nigredo et in tali
bus inuenit̄ ꝯtrarietas Quando vero talis latitudo
non participatur racione forme ſed ſolum raciōe ſub-
iecti vt patet de magis vł minꝰ illuminato tunc talis
forma licet ſuſcipiat magis vel minus tamen non ha
bet ꝯtrarium . lumini em̄ nihil eſt ꝯtrarium et tamen

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-i-11/0042
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG